2 teſtes ſuper articulis impertinẽtib. Hec omnia ꝓbant hic,
dum dicit, iudex nõ debet pati, ſi ceperit tẽtare furẽ hoc probare.
* * Nota pro harengatoribus, quibus ex forma ſtatuti eſt ꝓhibitum,
ne aliquid extra propoſitũ dicant, ꝙ excuſantur, ſi dicant
aliquid conferens ad declarationem, non tamen extra articulum,
* vt l. j. in prin. ſ. ſi cer. pet. ⁊ ibi dixi. * † Probatio enim includit
3 omnẽ modum probãdi, ſcilicet per teſtes, inſtrumenta, ⁊
cõfeſſionẽ, ⁊ ſic tene mẽti. Iſtud tãgit in gl. l. ij. §. ꝙ obſeruari. C.
de iu. cal. ¶ Op. de l. ſi ꝓ fure. in pn. ĵ de cõd. fur. Solu. hic tollit
ope exceptionis, non ipſo iure, vt in ꝯtrario. Certe illud eſt imponere
legẽ verbis. Vel dic ꝙ ibi fuit actũ actione furti, nõ cõdic.
furtiua, ar. ꝓ hoc C. de trãſac. l. ſi de certa. Videre, ego nõ curo
4 qua actiõe ſit actũ, ſʒ ſup quo ſit iuratũ, ſeu ꝓnũtiatũ. † Si eñ
iurat vel pronuntiat ſuper facto, tollet omnis actio, q̃ põt oriri
ex illo facto. Ita loquit hic, ſed ſi iurat ſup vna actione, vel pronũtiat,
vt qr iudex ꝓnũtiat te nõ teneri furti, vel iuras te non teneri
furti, nõ ſequit ergo nõ teneris cõdictione furtiua, vñ poterit
agi cõdictiõe furtiua. Ita loquit l. cõtraria. Cõtra predicta
facit tex. in l. ꝯtra, vbi dicit, ſi ꝓ fure dãnũ deciſuʒ ſit. Et ſic vr ꝙ
ſit facta deciſio ſuper facto. Suſtinẽdo ꝑdicta intelligas ꝓ fure,
i. ſuper actione furti. l. inter oẽs. §. hec actio. ĵ. de fur. Alij dicũt,
vt Io. ꝙ ibi fuit trãſactũ, ꝑ qḋ vr qs cõfiteri delictũ. l. quoniã. ĵ.
de his qui no. infa. hic vero fuit iuratũ per qḋ delictum negat, ⁊
iſta etiã põt eſſe bona, quã iunge cũ ꝑcedẽti, ⁊ ſic diſtingues, aut
fuit trãſactũ, aut ſniatũ, ſiue iuratũ, ⁊ hoc ſecũdo caſu. Aut ſuper
facto, aut ſup actiõe certa, vt patet ex ꝑdictis. ¶ Secundo
op. de l. ſi qs vxori. §. ſi qs iurauerit. ĵ. de fur. gl. ponit duplicez
ſolutionẽ, qlibet põt eẽ vera, tu tene vltimã, ꝙ poſt iurm̃ nõ agi-

tur condictione furtiua, ſed rei vendicatione, in qua nihil venit
5 cõtra id, qḋ eſt iuratũ. † Ex iſta prima parte poſſum⁹ dicere in
b queſtione illa, an abſolutoria lata in ciuili faciat preiudicium in
criminali, vel ecõtra, qr aut ſentẽtiatũ eſt ſuper facto, aut ſuper
iure. Ita tenet Dy. in c. nullus pluribus. extra de re. iur. in vj.
Cyn. in l. j. C. qñ ciui. act. cri. preiudi ego plene dixi in l. ij. §. j. ĵ. vi
bo. rap. pro hoc facit ĵ. eo. l. duobus. §. j. ⁊c. ¶ Item ꝓ hac lege
6 dico ꝯ Dy. in queſt. de minore, † qui iurauit ſe nõ venire ꝯ contractũ.
Nam dicit Dy. ꝙ põt petere reſtitutionẽ in integrũ, niſi de
eo fuit certioratus. Cui⁹ dictũ Cy. refert in l. ij. C. de reſcin. vend.
c Ego dico ꝙ ſatis eſt minorẽ certiorari ſup facto vel ſup contractũ,
tũc enim tollitur omne ius qḋ poſſet ſibi cõpetere ad veniẽdum
ꝯ ipſum factũ. Caſus eſt hic ⁊ l. duobus. §. j. ĵ. eo. ⁊ eſt tex. in
auth. ſacramẽta. C. ſi aduer. vẽ. dicit enim ſacramẽta ſup cõtractibus
rerũ ſuarũ nõ retractandis, ⁊c. non dicit ſup reſtitutione
nõ petẽda. ſufficit ergo ꝙ iuret nõ venire contra ſic ſup facto.
d De hoc dixi in l. ſciendũ. ĵ. de ver. ob. ¶ V[illegible] ver. nec
7 pati. Gloſſ. inducit in argu. † ꝙ teſtes nõ ſunt interrogandi, niſi
ſuper articulo, ſup quo ſunt producti. Idem no. [illegible]
l. ſi quis libertatem. in fi. C. qui legi. perſo. l. momen[illegible]
Cy. ſicut enim nõ debet iudex pati partẽ volentẽ ali[illegible]
re extra cauſam, ita non debet pati teſtem dicentẽ ali[illegible]
e articulũ, ⁊ hoc modo hec lex facit in argumentũ. Pro de-
8 claratione quero, † quid ſi teſtis diceret aliquid extra arti[illegible]
an valeat dictũ eius? Reſpõ. Aut iurauit dicere veritatem ſuper
articulis, ⁊ nõ valet in eo qḋ dicit vltra: quia in eo depo[illegible]
nõ iuratus, ergo, ⁊c. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Aut iurauit dicere
veritatẽ ſup tota cauſa, ⁊ tũc ſi illud qḋ dicit extra articulos
faceret ad cauſam, valeret dictũ ei⁹, quia depoſuit ſup eo, ſuper
quo iurauit. Ita dicũt Doct. C. qui legi. perſo. l. momentanee. ⁊
in Spe. de teſte. §. j. v. itẽ qḋ depoſuit ſup alio. ⁊ ĩ v. ſeq. Et intelligo
eũ dicere extra articulũ, qñ ea que dicit, nõ conferunt ad declarationẽ
eorũ, q̃ in articulo cõtinentur, alias ſi conferunt, dicuntur
eſſe in articulo, nõ extra articulũ. vt l. j. in princ. ſ. ſi cert.
f pet. ⁊ ibi dixi. [f] ¶ † Quero, qualiter debet teſtis iurare, an dicere
9 veritatem ſuper articulis, an ſuper tota cauſa? Reſpon. ſup
tota cauſa, vt extra de teſti. c. per tuas. ⁊ ibi ꝑ Inno. C. de epiſ.
g ⁊ cler. auth. ſed iudex. ¶ Quero [g] iuxta literam [h], quid ſi fuit ad-
h miſſus † articulus, qui non debebat admitti, ⁊ quid ſi teſtes ſup
10 eo depoſuerũt, cum nõ deberẽt examinari? Reſpõ. Si quidem
articulus ille eſt omnino impertinens, ⁊ nihil cõferens ad cauſam,
non eſt dubium ꝙ nil releuat, vt puta, ꝙ rex eſt in Francia.
Sed ſi aliquid cõferret ad cauſam, licet nõ deberet admitti,
Exemplum. In cauſa poſſeſſiõis recuperãde fuit admiſſa probatio
de dominio, tũc ſi quidem parti non fuit data copia articulorũ,
⁊ ſic nõ poteſt ei imputari qḋ cõſenſerit, poterit opponere
poſtea, ⁊ dicta teſtium nõ valebũt. Sed ſi ei poteſt ali[illegible]
i imputari. [i] ſecus, extra de ordi. cog. c. j. ⁊ per Inn. in d. c. per tuas.
k de teſtib. Et ex hoc apparet [k] ꝙ † qñ iudex precepit reſponderi
11 poſitionibus ſaluo iure impertinentiũ, ⁊ non admittendarum,
tunc etiam poſt reſpõſioneʒ poteſt diſputari, an debuerit reſponderi,
vel nõ, quia apparet parteʒ non conſenſiſſe. Predicta vera
in his poſitionibus, que fieri nõ debẽt ob fauorem partis. Sũt
etiam alie interrogationes, que nõ debent fieri a teſte, propter
12 fauorẽ ipſius teſtis, vt puta, † ſi teſtis interrogetur an ſit criminoſus,
⁊ ſimilia, tũc nõ curo de conſenſu partiũ aliquid, an conſenſerit,
necne ſi teſtis interrogetur an ſit criminoſus, ⁊ reſpõderit
ſe criminoſum, licet interrogari non debuerit, vitiatur
dictum eius, vt extra de exceptio. c. j. ⁊ ibi per doc. Canoniſtas.

ADDITIONES.

a ¶ Itẽ not. Aduerte tñ, ꝙ Barto. innuere videtur dum dicit ꝙ
probatio includit omnem modũ probãdi, ſcʒ per teſtes, inſtrumenta,
⁊ cõfeſſiones, qḋ vbi cauſa eſt iuramẽto deciſa, nõ admittatur
probatio ꝑ confeſſionẽ eius, qui iurauit contra
iuramentũ, qḋ puto falſum, qr poſt iuramẽtũ etiã admittitur probatio
in contrariũ per confeſſionem. gl. l. qui iura[illegible]
glo. ij. ĵ. eo. Itẽ poſtꝙ renũtiatũ eſt omnibus probationibus,
ſic eſt concluſuʒ in cauſa, admittitur probatio per cõfeſſionẽ [illegible]
cum Ioãnes eremita. de fide inſtru. ⁊ Bald. in rub. C. de proba.
Itẽ cõtra preſumptionẽ iuris ⁊ de iure, non admittit probatio
in cõtrariũ, niſi per confeſſionẽ. Gl. eſt in §. aliud quoq; in auth.
de equa. dot. no. Bal. in aut. ſʒ iam. C. de do. ante nu. Ex quibus
rõnibus apparet Bar. male loqui, niſi vellemus dicere ſalua[illegible]
eum, ꝙ intellexerit de cõfeſſione de facto ante iuramentũ [illegible]
tum, a qua videt receptũ iuramentũ, deferẽdo eum tanꝙ [illegible]
riori loco preſtitũ, ſtandum eſt huic, arg. l. duobus. §. fi. j. eo.
b ¶ Abſolutoria. Adde vt ꝑ gl. ⁊ doc. maxime Bal. in l. ex [illegible]
C. ad le. Aqui. ⁊ in l. j. C. ad le. Fla. de pla. Bar. i l. ij. ĵ. vi bo. [illegible]
per omnes in l. j. C. qñ ciui. act. ꝑiu. cri. Ant. de But. in c. de [illegible]
extra de accu. per omnes in c. dilectus. extra de purg. cano.

c ¶Ego dico. Alex.hic,⁊ in l.ſciendum,tenet opin.Bar.ꝙ ſi minor iurauit,nõ requiratur certioratio. Tu dic,ꝙ cũ opi. Dyn.⁊ Jo.Andr.trãſit Bal.conſi.iiij.lib.iij.⁊ conſi.xlvij.⁊ clarius eundem Jo.And.vide in addi.ad Spe.in titu.de renun.§.j.ver.cui iuris.vbi idem tenet ⁊ Bal.cõſil.xl.li.v.inci.conſilium Dyn.vbi dicit,ꝙ de iureiurando dictum Dy.eſt verum,tamen ꝙ ſi in aliqua parte inſtrumenti eſſet facta mentio etatis,procedat dictũ Bar.maxime quãdo iurauit ex certa ſcientia.⁊ hoc idem tenet,conſi.cccxxiiij.lib.iij.

d POMA.¶Venio. Adde ⁊ põdera ad hoc gl.in c.inquiſitionis.§.tertie dubitationis in gl.ver.ſolummodo.extra de accu.etiaꝫ gl.in l.admonẽdi.gl.ij.in fi.que illum tex.ad hoc ponderat.⁊ ibi Bar.no.gl.etiam in c.de teſtibus.extra de teſt.in gl.j.circa med.⁊ tenent hoc Bar.⁊ Fulg.licet cõtrarium teneat Jac.de Butr.Alb.⁊ Pau.de Ca.hic,⁊ vide Fel.in d.c.j.de teſt.Alex.in cõſil.xxv.vol.ij.

e POMA.¶Pro cuius declaratione. Teſtis qui iurauit dicere veritatem ſuper articulis,non probat in eo ꝙ vltro deponit,qꝛ in eis deponit,non iuratus,ſecus ſi iuraſſet dicere veritatẽ ſuper tota cauſa.Et ad hoc,vltra tradita per Alex.hic in iiij no.bene facit tex.c.cũ dilectus.de acc.vide tñ pro horum declaratiõe Bal.in l.peremptorias.C.ſen.reſcin.nõ poſ.Et qñ teſtis dicat deponere in articulo,vel extra,vltra adducta hic per Alex.in iiij.co.vide Bal.in l.ij.C.de iur.ca.tex.in c.ij.⁊ ibi Bal.de teſt.idem Bal.c.licet cauſam de prob. Item inquãtum Bar.querit qualiter debeat iurare teſtis,vltra Ale.hic.vide Inn.⁊ Bal.in c.ij.de cõfeſ.⁊ Alexã.l.ij.de iuriſ.om.iudi.ſ.pro quib.facit text.in l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.j.ſ.eo.vide Fel.in c.cauſam que.de teſt.Alex.con.xc.vol.iij.⁊ in l.j.ſ.ti.proxi.

f ¶Dixi. Adde vltra dicta Alex.Ang.conſil.clxix.Bald.conſil.cxxiiij.li.ij.Et an teſtis iuratus ſuper vno capitulo,poſſit ſuper appendicijs deponere?vide Bal.conſi.clx.li.iij.Et an teſtis dicens falſum,qđ tamen non nocet parti,poſſit puniri,vide Bald.conſi.lxxxv.eo.lib.iij.Et quid ſi extra capitulũ depoſuit falſum,vide per eundem conſi.xc.eo.lib.

g POMA.¶Quero. Inquantũ Bar.hic dicit,ꝙ pars cui datur copia articulorum,ſibi preiudicat,ſi illis non opponat,etiam ſi erunt impertinentes,adde tex.l.j.⁊ qđ ibi no.C.de re.a.quem ſequitur.Bal.in l.ne arbitris.C.de arbi.tex.c.ij.de accu.in vj.Inquantum vero cõcludit ꝙ ſi iudex admiſit articulos ſaluo iure impertinentium,⁊ nõ admittendorũ,ꝙ tunc pars ſibi non preiudicat,etiam ſi nihil opponat. Vltra hic per Alex.vide Ange.in l.in ſpeciali.ſ.de rei ven. Imo.l.iiij.§.pretor ait.ĩ.de dã.infec.Et quid operetur talis proteſtatio reſeruatoria,vide Bal.in l.ille a quo.§.ſi de teſtamento.ĩ.ad Treb.Fel.in c.ꝑ tuas.⁊ in c.inter monaſterium de re iudi.

h Poma.¶Literam. Vide que no.Feli.in c.paſtoralis.vlti.col.de excep.⁊ in c.fraternitatis.de teſt.

i P.PAV.P.¶Aliquid imputari. Vide etiam Felyn.in c.ij.de probatio.dum ponit de ſtatuto,ꝙ contra inſtrumentum nõ poſſit aliquid probari per teſtes,ꝙ ſi fuerint admiſſi,ꝓbarẽt niſi eſſet ficta proteſtatio,vel dictum,ſaluo iure impertinentium,de quo per Barto.in l.certi condictio.§.quoniam.circa fin.ſ.ſi cer.pe.⁊ per Felyn.in c.cum cõtingat.de offi.deleg. Item multa alia ſimilia,ad qđ,vbi aliquid admitti nõ debet,ſi fuerit admiſſum,preiudicet,vide per Iaſo.in l.j.in prin.ĩ.de ope.no.nun.vide etiam Deci.cõſi.xlviij.ꝙ ſi fuerint admiſſe probationes concernentes dominium in poſſeſſorio,poterit iudex non admittere eas,⁊ reuocare talem admiſſionem tanquam interlocutoriam,⁊ ibi etiaꝫ ꝙ ſi pars contradicat,ſibi non preiudicat.

k POMA.¶Apparet. Vide gl.in c.cum cauſam.in verbo,perſonis extra de teſt.Et an debeat teſtis reſpõdere ſi interrogetur an ſit criminoſus,vide Fel.in c.cum cauſam.in ver.in eadem gl.de teſtibus.

1 ☞Actio quenam oriatur ex iuramento ſuper certo contractu preſtito.
2 Actio que nam oriatur ex ſtatuto vel conſuetudine.
3 Sententie ſi peto executionem ad rem venditam,nõ poſſum opponere in executione de pretio.
4 Exceptio peremptoria non poteſt opponi poſt ſententiam vel poſt iuſiurandum.

§.Si quis iurauerit. Ex iuramẽto formaliter ꝓſtito daᵗ actio
vtilis ex eo cõtractu,cuius forma cõtinet iuramentuꝫ.hoc dicit.
* *Nota verbum,⁊ cetera,qđ facit pro illo quod quotidie reperitur
in protocolis notariorũ,promiſit,⁊ cetera.vt ſub hoc verbo,
⁊ cetera,comprehendantur omnia que ſunt de natura actus,
* ĩ.de libe.⁊ poſthum.l.Gallus.⁊ ibi late dixi.* ¶Opp.ar videtur
a ꝙ ex iuramento oriatur actio in factum,vt l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.
1 in prin.ſ.eo.Sol.dico† ꝙ hec actio vtilis ex eo cõtractu nõ
excludit actionẽ in factũ.Simile vidiſtis in d.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.
in fi.⁊ ſ.ea.l.§.j.Unde qñ iurat ſuper actione reali vel mixta,
que actiones ꝯpetant,vidiſtis in l.ſꝫ ⁊ ſi poſſeſſori.in fi.ſ.e.Qñ
vero iurat ſuper actione perſonali,⁊ tunc aut iurat informiter,
nulla cauſa expreſſa quare teneatur,tũc hꝫ locũ actio ĩ factũ ex
iureiurando,vt ſ.eo.l.nam poſtea.§.j.⁊ l.ſꝫ ⁊ ſi poſſeſſori.§.j.⁊ ĩ.
§.primo.¶Aut iurat formiter expreſſa cã ⁊ contractu quare
tenet,⁊ tũc hꝫ locũ actio in factũ,⁊ actio vtilis ex eo.contractu
ꝓp iuramentũ vt hic. Itẽ actio directa ex eo contractu ſi anteuere
2 cõpetebat.Et ex hoc dicimus,qñ querit† ꝗ actio oriatur ex
ſtatuto vel cõſuetudine,qꝛ ſi ſtatutũ vel cõſuetudo diſponit formiter,
hꝫ locũ actio ex eo cõtractu vel ex cauſa,ſuper qua formiter
b diſponit.Exemplũᵇ dicit ſtatutũ ꝙ valeat teſtm̃ cũ tribꝰ teſtibus.
Certe aget actione ex eo teſtõ,qꝛ vniformiter diſponit.
Vel pone dt ſtatutũ ꝙ minor xxv.annis,⁊c.poſſit vẽdere ⁊ alienare
cũ ꝑſentia conſanguineorum ſuorũ.Certe orietur actio ex eo
ꝯctu,arg.huius §.ſed ſi diſponeret informiter nõ expreſſa aliqua
cauſa que caderet in forma contractus,vel quaſi,tũc daret
c condictio ex lege,vel ex iſto ſtatuto,ᶜvt l.j.in fi.ĩ.de cõd ex lege.
⁊ arg.eorũ que ſ.dicta ſunt.¶Ad ſecundũ oppo.⁊ videtur ꝙ
iurm̃ non debeat nocere ei,qui preſtitit,vt l.euidẽter.ĩ.de exce.
d rei iudica. Solu.dicit gl.iſtud eſt ꝓpterᵈ cõnexitatẽ.In omnibus
enim contractibus,in quibus vltro citroꝙ; oritur obligatio.
ſi iurat ex vna parte,ex alia iurari videt,vt hic.facit l.ſi.ĩ.de
e accep.Iuxta hocᵉ quero:ego dixi in l.ij.ſ.eo.ꝙ iuramẽtũ hꝫ execution
3 ẽ paratã,†vtrũ qñ tu petis executionẽ ad rẽ tibi vẽditã,
ego poſſum in executione excipere de pretio,videtur quod ſic,
* vt j.pxi.§.*Cõtrariũ determinatur ĩ Spe.de exec.ſen.§.ſi.ver.
f illud autẽ queritur,⁊ bene.ᶠnam ꝙ pretium ſoluatur antequaꝫ
res tradatur,venit iure exceptionis.l.Julianus.§.offerri.ĩ.de
4 actio.emp.Sed exceptio†peremptoria nõ poteſt opponi poſt
ſententiã vel poſt iuſiurandum.l.perẽptorias.C.ſen.reſcin.non
poſ.⁊ ſ.eo.l.j.§.j.ſecundum primam lecturam.debebit ergo pretiumᵍ
g petiiure actionis. Non obſt.ĩ.proxi.§.qꝛ ibi non erat nata
actio ante debiti ſolutionem.l.ſi rem.§.omnis.ĩ.de pig.actio.

ADDITIONES.

a POMA.¶Oppo. Vide ad hoc Feli.in d.c.cũ cauſam.de teſtib.

b ¶Exemplũ. Vltra tradita hic,nota ex iſto tex.Bart.cõſil.ſuo inci. In nomine dñi. Proponitur,qđ imo,qđ quoties in aliquo actu oritur aliqua preſumptio,ꝙ debet aſſumi cũ omnibꝰ qualitatibus,⁊ modis illi actui coherentibus.⁊ iſtud non ſolũ procedit in preſumptione,ſed etiã in fictione.Vñ in cõfeſſione ficta,que oritur ꝓpter contumaciã,inducit cõfeſſio cũ omnibus qualitatibus. Ita eſt tex.l.ij.§.ꝙ ſi actor.in ver.quemadmodum rei qualitas,quẽ no.ibi ad hoc Bal.C.de iura.calũ.Cõtrariũ tñ tenuit Pet.de Anc.ꝙ imo ex confeſſione ficta nõ oriãtur qualitates,conſilio ſuo cccxij.inci.probata tanti viri ſcientia.ad finẽ.vbi cõſuluit,ꝙ ſtatutũ diſponens ꝙ cõtumax habeat pro confeſſo,dꝫ intelligi quo ad principalẽ cauſam non autem quo ad qualitates.Et idem videtur tenere Bar.in conſi.inci.ſtatuto ciuitatis Aſſiſij.⁊ confirmatur per id qđ tꝫ Ang.conſi.ſuo cxlvj.inci.ſuper primo dicto ſententiã.vbi tenet,ꝙ ẽt vere confitens delictũ,non videt cõfiteri qualitates delicti.Cõfirmat preterea ꝑ id qđ no.Bar.l.quidã eſtimauerũt.ſ.ſi cer.pet.vbi dicit alis eſſe haberi quem pro confeſſo quo ad factum,⁊ aliud,quo ad qualitates facti.Et cõfirmat vltra ſ.dicta ꝑ id qđ decidit Bart.l.ſi cui ſerui.§.ſi a filio.ĩ.de leg.j.vbi vide que ſcripſi,⁊ tunc de iſta opi.quam per ſuperiora puto verã,reſponde ad iſtum tex.ꝙ loquitur in his,que veniunt de natura contractus,que bene fateor oriri cũ preſumptione,⁊ fictione que preſumitur ex actu de quo argumento alias per ſuperiora.

c POMA.¶Statuto. Vide Alex.conſi.vij.ij.vol.Iaſ.l.in prin.ſ.de officio eiꝰ cui man.eſt iuriſd.

d POMA.¶Propter. Vide per Fel.in c.cauſam que.de re iudi.

e POMA.¶Iuxta hoc Nota Bar.velle,ꝙ oriatur ex empto antequam emptor tradat,aut offerat pretiũ.Cõtrariũ tñ tꝫ Fulg.in l.filie licet.C.de colla.Sed pro opi.Bar.eſt tex.l.iuriſgentiuꝫ.in prin.de pactis.ſi bene ponderetur.Et vide doc.in d.l.filie lꝫ.⁊ Alex.ibi.Rom.conſi.lxxvj.in quarto dubio.Raphaelem cõſi.xix.Alex.cõſ.xviij.in j.vol.Pau.de caſt.l.ſi ad finem.C.de ſacroſanc.eccl.⁊ in l.j.C.de iuris,⁊ facti ignorantia.Cũ petitur executio ad rem venditã,non opponitur exceptio de pretio.In contrariũ tenuit Bald.l.peremptorias.C.ſententiam reſcindi non poſſe.⁊ ſequuti ſunt Fulgoſius ⁊ Pau.de caſtr.in d.l.filie licet.de collatio.vbi videas Alex.⁊ cõis opinio eſt ꝯ Bart.vt inquit Alex.vide Romanũ conſi.lxxvj.Videtur tamen facere pro op.Bar.qꝛ liquidum eſt,emptionem eſſe factam,ſed tñ liquidũ non eſt pretium non eſſe ſolutum,⁊ ſic non debet fieri cõpenſatio de non liquido,ad liquidum.

* CLAV.¶Proxi §.Vide Floria.in l.ex parte.ĩ.fami.ercis.

f ¶ Et bene. Adde ꝙ Alexã. dicit hic, magis cõmunem cõcluſionem
eſſe cõtra Bar. vt hic per eum. Cui adde Pau. de Caſt. cõſi.
clxiij. vbi ↄtra Bal. ⁊ Spe. apte tenet. Pro quo facit ꝙ voluit
Pet. de Anch. cõſi. vj. ꝙ exceptio inuentarij poſſit opponi poſt
ſententiam, qꝛ non impugnat ſententiam, vt voluit Paul. vbi ſ.
g P.PAV.P. ¶ Ergo pretium. Et ſic vult Barto. ꝙ condemnatus
ad rei traditionem, poſſit poſtea petere pretium, qꝛ non ſit ſibi
preiudicium, licet prima facie videatur econtra, ex quo non fuit
condemnatus ad rem, ⁊ nihil fuit dictum de pretio, tacite videtur
innuere, ꝙ fuit ſolutum, vide etiam ad hoc Com. conſi. ix. incipien.
quidam nobilis vir. Item de opinione Bar. hic vide aliqua
per Fely. in c. cum Joannes. de fide inſtru.

1 ☞ Jurans dediſſe librum pignori pro x. non fatetur recepiſſe.
2 Jurat ſi aliquis ſe conueniſſe mecum de permutando librũ cũ
meo, ex iſto iuramento non poterit agere.
3 Jurans me emiſſe a te rem pro certo pretio non expreſſa quãtitate,
ex iuramento agere poſſum.

§. Marcellus. Quando iuratur ſuper cõtractu, †cõpetit vtilis ex eo contractu, tunc
* qñ cõpeteret, ſi vere cõtract⁹ interceſſiſſet*. h.d. ¶ Opp. ſi aliquis
dediſſet vere librum pignori ꝓ decem, poſſet repetere pignus,
niſi creditor probaret ſe decem numeraſſe. l. j. C. de nõ nu.
pec. C. ſi pign. conuẽ. numera. pecu. ſecu. non ſit. l. j. Sol. Intelligo
1 ꝙ hic †iurauit ſe dediſſe librum pignori pro decem que recepit,
ſecus ſi ſimpliciter dixiſſet pro decem. Ita intelligit gloſ. noſtra.ᵃ
a ¶ Quero qua actione cõueniatur iſte ad decem? Glo. reſpondet
ꝙ actiõe in factum, qꝛ quo ad iſta decem informiter eſt
2 iuratum. ¶ Juxta hanc legem quero, †pone ꝙ ego iuraui ꝙ inter
te ⁊ me conuenit de permutando librum tuũ cum meo, an ex
hoc iuramento agere potero? Reſpõ. ꝙ non, qꝛ contractus qui
iuramẽto exprimitur de ſe actionem nõ produceret niſi veſtiatᷣ
b rei interuentu, ergo, ⁊c. vt in hoc §. ¶ Secũdoᵇ quero, † quid ſi
3 iuraui rem a te emiſſe pro certo pretio nõ tamen expreſſi quantitatem
an ex hoc iuramẽto agere potero? videtur quod non, qꝛ
pretium non eſt certum, vt in §. pretium. Inſtit. de emptio. ⁊ vẽdi.
Solu. puto quod ille contra quẽ iuratur poſſet petere quod
ille cõpellatur exprimere certum pretium, vt l. certum. in princ.
ff. de confeſ. ſed ſi nõ exprimeret, puto ꝙ ex parte ſua ipſe poſſet
agere ad rem. Sicut enim hic ex vna parte poteſt iurare formiter,
⁊ ex alia informiter, ita in queſtione propoſita ex vna parte
iuramentum poteſt continere certum, ex alia incertum, quia nõ
c eſt quid repugnet.ᶜ

ADDITIONES.

* CLAV. ¶ Interceſſiſſet. Et dicit Bal. in c. querelam. de elect. ꝙ
in iuramento quaſi contrahitur.
a ¶ Gl. noſtra. Adde ſecundũ Alex. ꝙ cum gl. tranſeunt communiter
doc. excepto Ful. vt hic per eũ.
b POMA. ¶ Secũdo. De iſta q. vide Alex. cõſi. ſuo xviij. inci. viſo
ꝓceſſu cauſe vertẽtis. in j. vol. ⁊ Jaſ. l. admonendi. ff. eo. in repe.
c ¶ Repugnet. Adde ꝙ Rap. Cu. in l. ſciendũ. ff. de ver. obl. videtur
approbare ꝙ dicit Bar. hic, ſi tempore delatiõis iuramẽti,
fiebat diſputatio nõ de pretio, ſed de re. Unde poſtquã nõ erat
queſtio de quantitate pretij, non curamus, an quantitas ſit expreſſa,
arg. l. ij. C. de ſen. que ſine cer. quan. Et cũ hac opi. trãſit
Alex. vt hic per eum.

* **§. Si quis iurauerit.** *Breuiter hoc intẽdit. Qui iurãdo per
principẽ deierat, fuſtibus caſtigatᷣ. h.d. Dic, ꝙ iſtud iuramentũ
non eſt licitum hodie, qꝛ non licet iurare per creaturam, ſed per
creatorẽ, vt in c. ⁊ ſi Chriſtus. extra de iureiurã. Oppo. ⁊ videtᷣ
ꝙ periurus non puniatur. vt C. eo. l. ij. Solutio. ibi iurauit per
Deum, hic per principem. Tu dic ſm Guliel. de Cug. ⁊ Andr.
de Piſis, ꝙ aliqñ iuratur ſuper litis deciſione, ⁊ tũc ſi deierat,
non punitur de periurio. vt l. ij. C. de re. cred. niſi in caſibus, puta,
ſi per Imperatorẽ vt hic. Et eſt ali⁹ caſus, C. e. l. fi. Aliqñ iuratᷣ
ſuper fraudis, vel doli euitatione, ⁊ tunc punitur de piurio,
ſi deierat. vt l. fin. ibi ad tempus exulat. ff. de cri. ſtellio. Aliquando
iuratur ſuper pacto, vel pacti obſeruatione, ⁊ tunc etiam punitur
de periurio. in vſib. feu. de pa tenen. ⁊ eius viol. c. j. §. ſi clericus.
de pace. ⁊ l. ſi quis maior. C. de trãſa. Aliqñ ſuper teſtimonij
prolatione, ⁊ tũc etiam punitur. l. qui falſo, vel varie. ff. de teſtib.
Aliqñ iuratur ex ſola iurãtis affectione, ⁊ tunc nõ punitur
ſi deierat. vt l. alienam. C. ad l. Juliã maie. ⁊ no. l. ij. C. eo. ti. Aliqñ
iuratur ſuper criminis purgatione, ⁊ tunc punitur. vt in §.
ſi quis autẽ. in authẽ. vt litigã. iurent. Aliqñ iuratur ſuper illicita
cõmiſſione, ⁊ tunc nõ punitur deierans: qꝛ authoritate principis
deierat, vt in aut. quod eis. C. de nup. ⁊ arg. l. fi. ſ. qui ſatiſda.
cogantᷣ. ſm Gul. de Cug. ⁊ Andre. de Piſis. Et adde, qualiter
periurus puniatᷣ per Cy. in d. l. ij. C. de rebus cred. Tangit gl. in
* verb. debeãt. in l. Lucius. ff. de ijs, quino. infa.*

LEX XIIII.

Quoties. Juramentũ veritatis parenti vel patrono nõ remittitᷣ. h.d. ¶ Opp.
ff. eo. l. iuſiurandũ ⁊ ad pecunias. §. qui iuſiurandum.
Sol. ibi loquitur in iuramento calumnie, qđ remittitur,
hic in iuramento veritatis qđ non remittitur.

LEX XV.

1 ☞ Judex ad egregias perſonas mittit officialem ꝓ iuramẽto.
2 Juret ſi egregia perſona, pars poteſt eſſe preſens, ⁊ debet moneri
per iudicem.
3 Mulier propter honeſtatem iurat parte abſente.

* **Ad perſonas.** *a Hec lex ſeipſam ſummat, vide glo. j. ibi, de cõſ
a familia, ⁊c. intellige ſi ſuper hoc euocarentᷣ a ſeruitio
dñi, alˀs non, vt poteſt ꝓbari ex concordantia. l. ſeriniarios.
C. de teſt. mili. ⁊ ff. de teſta. milita. l. fina. Guliel. de Cun.
vide gl. j. hic quam no. cui adiunge in fi. item debilitas, ⁊ pauper
nobilis, qui ſine verecundia venire non poteſt ad iudicium,
vt eſt tex. ⁊ gl. in c. ſi qui teſtium. de teſtibus. in antiqua auth.
de here. ⁊ falci. §. fiat igitur. in gl. ſuper ver. neceſſitas [illegible]
Ad hãc l. oppo. de l. iubemus. §. ſi. C. de epiſ. ⁊ cler. Sol. ibi
1 non dicit, ꝙ iudex vadat ad eum, ſed ꝙ †iudex debet mittere officialem.
Uel dic ꝙ ibi loquitur in ijs, que requirunt cauſe cognitionem,
que ſunt in foro iudiciali peragenda, vbi ius red[illegible]
ff. de iuſti. ⁊ iure. l. penult. hic in iuramẽto cuius preſtatio facienda
in domo quod tunc nullam requirit cauſe cognitionem, ſed
merum factum preſtantis: quia ante in iudicio fuerat cognitum
2 de preſtatione. ¶ Quero †cũ tempore, quo iuratur, vel reſpõdetur
debet pars eſſe preſens, vtrum debeat moneri vel citari, ⁊
cuius ſumptibus ibit notarius ad domum iſtius perſone egregie,
ad hoc vt videat eum iurare. dicunt quidam, ꝙ ſumptibus
egregie perſone cum gratia ipſius fiat. arg. C. eo. l. generaliter.
§. his de preſentibus. C. fini. regũ. l. iij. §. j. ⁊ videtur caſus. C. de
ſtatuis ⁊ imagi. l. ⁊ virtutum. Tu dic contra per l. quod fauore.
C. de legi. Nec obſtat cõtrarium. Nam ibi concedebatur honor,
ſiue priuilegium ad inſtãtiam partis, vel ad eius vtilitatem, ſed
hic ex mera liberalitate legis concedentis. Et idem de infirmo
ꝙ nõ teneatur ſoluere: quia afflicto non debet dari afflictio. ff.
de offi. preſi. l. diuus. Sumptibus ergo producentis ibit notarius,
vt not. in c. ſtatutum. §. notarium vero. de reſcrip. lib. vj. in
gloſſ. in verb. officium. Et pars ꝙ compareat ad domum illius,
que videat eũ iurare, vt C. e. l. generaliter. §. his de preſentibus,
facit C. de fide inſtru. authent. apud eloquẽtiſſimum. ad quod ff.
de procu. l. Paul. ⁊ ff. de inoffi. teſta. l. ſi ſuſpecta. fallit ſi eſſet mu-
b lier.ᵇ Illa enĩ †debet iurare parte abſente, vt in aut. vt litigan.
3 §. ſi vero mulier. ⁊ debet iuramẽtum preſtari ꝓſente iudice vel
eius delegato. vt extra, de teſti. c. ij. ⁊ vide extra de iudi. c. mulieres.
li. vj. ⁊ vide oĩno illud c. ⁊ quod ibi notatur. in c. forus. extra
de verb. ſig. ⁊ de teſti. c. quoniã. Et aduerte ad vnum, quod dicitur
in d. c. mulieres. ꝙ iudex qui facit cõtra illud ca. eſt excõmunicatus.
Quero, ſi iudex cogitauit facere contra illud c. ⁊ aliqd
egit, ſed non perfecit, ſed per ipſum non ſtetit, quominus perficeret,
an ſit excõicatus. dic ꝙ non. Ratio eſt, quia vbi pena infligitur
delinquenti, illa non incurritur per illum qui illud cogitat,
⁊ aliquid egit ſed non perfecit, etiã ſi per ipſum non ſteterit.
hec concluſio probatur per Joã. Andr. in c. perpetue. extra de
elec. li. vj. de qua materia plene poſuit idem Jo. And. in c. in penis.
extra de reg. iu. li. vj. vbi vide. Item quod dixi, ꝙ debet moneri
id eſt citari pars, vt cõpareat ad domum eius qui debet iurare,
intellige niſi ſit mulier. Illa enim põt iurare abſente parte
propter honeſtatem, vt in authen. vt litigan. iurent. §. ſi vero
mulier. ſecundum Guliel. de Cug. Et intelligo l. iſtam cum gl.
que loquitur in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali, vt no. gl.
* in l. ſed ſi. ff. de in ius vocan.*

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Ad perſonas. An iſta lex procedat, quãdo egregie
perſone producuntᷣ in teſtem, vide Ro. in ſuis ſing. in [illegible]
in ſingu. incipiẽ. cõmuniter dicitur. vide Fel. in c. ſi quis teſtium.
extra de teſti. vbi quedã alia ponit in materia, ⁊ precipue que [illegible]
cantur egregie perſone. Uide in materia per Fely. c. cum inter.
de re iud. Alex. l. alia cauſa. §. eleganter. ſol. mat. Ro. ſing. dcc. ⁊
in ſimili Bar. l. quoties. C. de digni. li. xij. Et no. ꝙ huic legi non
poſſet per pactum renuntiari. Ita no. dicit Cy. l. nec honore. C.
de epiſ. ⁊ cler. De quo Alex. in d. l. alia cauſa. §. eleganter. j. no. ⁊
vide Roma. ſin. cclxviij. ⁊ Bar. l. j. C. de aduo. diuer. iud. vide ali-
quid per Fely. in c. cum inter. de re iudi. Ro. ſing. clxx. ⁊ Alex. l.
petens. col. fi. ad med. C. de pac. ⁊ Ro. ſin. ſuo ccccxiij. ⁊ Alex. in
confirmatione l. ſi conuenerit. de re iud. vide etiam Panor. c. ſignificauit.
de offi. ord. ⁊ Ro. in deciſ. nouis, deci. vij. in ti. de teſti. Fel. c.
⁊ Alexã. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſta.

diligen

diligenti de foro competen.
b ¶ Mulier. Pan. in c. ſi qui teſtium. extra de teſti. dicit, ꝙ lꝫ iſta
opi. doc. ſit equa, tamen de iuris rigore, ipſe non admitteret, qꝛ
ſicut vadit notarius ad mulierem, ita debet poſſe pars accedere.
Cuius autem expenſis mittatur officialis ad domum egregie
perſone, vel infirme. Spec. in ti. de iura. cal. §. reſtat. ver. antepe. dicit, ꝙ expenſis communibus.
c POMA. ¶ Abſente parte. Cõtrariū tenet Ro. ſing. xxxvj. alias
ccclxvj. vide Fely. c. ij. de teſti. in c. ſi qui teſtium. eo. ti. vbi ponit
aliqua in propoſito, ⁊ Alex. conſi. xliiij. i. vol. Fely. c. cum non de
ceat. de preſcrip. vbi ponit aliqua de iure reuerentiali.

LEX XVI.

SI patronus. Non cogitur quis iurare † ſuper actione, que nõ põt contra eū ꝓponi. Item patrono remittitur iuramentum calum. h. d. ¶ Opp. de l. Marcellus. §. j. ĩ. rerum amotarū. Sol. ibi in alium, cõtra quē hec actio proponi poteſt, hic in patrono, cõtra quem non poteſt proponi, qꝛ actio eſt turpis. l. honori. ĩ. de obſeq. pat. preſtan.

LEX XVII.

1 ☞ Iuramentum conuentionale non refertur.
2 Iuramentum quando ſit modus inducende obligationis.

IUſiurandum quod ex cõuentione.
1 Iuramentum cõuentionale† nõ poteſt referri h. d. ¶ Opp. ĩ. eo l. manifeſte. Sol. ibi loquitur
2 iuramẽto iudiciali, hic in cõuẽtionali. ¶ Quero, vtrū iuramẽtum ſit modus inducende obligationis? Breuiter dic tres caſus. Aut eſt
iuramẽtum litis deciſoriū, ⁊ tunc ex eo orit̃ obligatio ⁊ actio vt p. totū
iſtū ti. Aut eſt iuramẽtum cõfirmatoriū, ⁊ tunc confirmat cõtractū
etiã inualidum, vt ex eo oriatur actio. vt in aut. ſacramenta pube.
C. ſi aduer. ven. Quoddã eſt iuramentū introductoriū obligationis.
Verbi gratia, iuro ꝙ ego dabo tibi centū nulla precedente
cauſa, tunc iuramentū non eſt modus inducende obligationis,
niſi in liberto. l. vt iuriſiurandi. in prin. de oper. lib. ⁊ l. ſi.
C. de liber. cau. ꝙ plene dixi in l. ſi qs pro eo. in prin. ĩ. de fideiu.
⁊ Bal. tangit hic. nõ dico plus, qꝛ nõ ſunt hic alia. ¶ Vltimo inducitur
3 per Bal. in arg. ꝙ ſi quis in inſtrumento† promittat ſe
ſtare iuramento aduerſarij de intereſſe ⁊ expẽſis, ꝙ valeat. Alij
a contra de quo in Spe.a de probatio. §. videndum. verſic. quid ſi
ibi dicitur. ⁊ per Cy. C. de epiſ. ⁊ cle. l. pen. ⁊ per Dy. in l. vlt. ĩ. de
preto. ſtipu. ibi plene dixi.

ADDITIO.

a ¶ Spec. Vide ibi Io. an. in addi. ⁊ Alex. conſi. xxxvij. lib. ij.

1 ☞ Iuramentum deferre non poteſt qui non poteſt alienare.
2 Pupillus qui fari poteſt, eſſe poteſt in iudicio cum tutore, ⁊ quando poſſit iuramentum deferre.
3 Iuramentum non habet vim ſolutionis quo ad omnia.
4 Adultus quando poſſit iuramentū deferre etiã ſine curatore.
5 Iuramentum, an habeat vim confeſſionis.
6 Actus facti per non iure electos, caſſantur.

§. Pupillus. Pupillus ſine tutore nõ poteſt iuſiurandū deferre, ſed tutor ſine pupillo
a ſic, hoc dicit. Vel breuius ſic ſummari poteſt. Qui non põt alienare,
1 † nõ poteſt iuramentum deferre. h. d. * Contra iſtum text.
* opp. aut iſte pupillus habet tutorē, aut non, ſi habet, ⁊ tunc ſi teneas
opinionē gloſſarum, que dicunt ipſū naturaliter obligari
ſine tutore non poſſe, vt ĩ. ad Treb. l. ſi eius pupilli. in prin. ⁊
no. ĩ. de noxa. l. j. circa fi. non videtur poſſe ſtare hec litera in eo,
ꝙ replicationē dat, ſed obſtat exceptio irreuocabiliter arg. s̃.
de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. circa fin. Et quod not. de
iure doti. l. ſi pater. §. que debitorē. Inſti. de exce. §. j. Si teneas
opinionē Iac. de Aren. ꝙ non obligatur naturaliter, nec ciuiliter
nõ videt̃ poſſe ſtare hec litera, que dicit exceptionē dari: ⁊ per
conſequens replicationē, imo ipſo iure pupillus tutus eſſet inſti.
de replicatio. in prin. Sed ſi dicas tutorem non habere, ſi teneas
opi. gloſſ. que dicit nõ obligari nec naturaliter nec ciuiliter
vt C. de inutil. ſtipul. l. j. in verb. non es obligat⁹. tunc nõ d3 locū
habere replicatio, nec exceptio, vt s̃ dixi. Si teneas opi. glo. que
dicit ꝙ naturaliter tãtū obligat̃, quã ſequunt̃ Dy. ⁊ Iac. q. hoc
notauerũt ĩ. de re. iur. l. pupillus nec velle. nõ videt̃ habere locū
replicatio, ſꝫ ꝙ in totū obſtet exceptio, vt dixi s̃. Sed dic, ꝙ accepto
primordio obligationis naturalis, ſcꝫ ꝯſenſus vel pactū,
vel iuramẽtū obſtat pupillo, ſi tutorē habet vt hic patet ĩ prin.
⁊ ĩ. de ſolutio. l. in his vero. §. Imperator Antoni⁹ ⁊ l. ſtichū. §.
naturalis. Sꝫ cõſiderata ſequela iuris ciuilis, ꝙ ſine tutore nõ
põt adminiſtrare, ſibi datur replicatio. ſic loquitur hic argu. in
* ſimili ĩ. de cõdi. indebi. l. id quod. * ¶ Oppo. ꝙ nõ omnis pupillus
põt eſſe in iudicio cum tutore, vt l. j. §. ſufficit. de adminiſtri
tut. Huius timore gl. j. huius §. dicit, intellige de pupillo dol.
a capace. Sed certe nõ requirit̃ ꝙ ſit doli capax, † ſufficit enim ꝙ
fari poſſit. d. §. ſufficit. ¶ Opp. ꝙ etiã quãdo cum tutore detulit,
nõ noceat pupillo, vt l. ij. C. ſi tutor vel curator interuenerit.
Sol. quãdo ſine tutore detulit, cõpetit replicatio ipſo iure, vt
hic quãdo cū tutore poſſet reſtitui, ⁊ alias replicatio non cõpeteret.
l. cõtraria. s̃. eo. l. nam poſtea. §. ſi minor. ¶ Oppo. ĩ. eo. l. q
iuraſſe. Sol. ibi loquitur in pupillo iurante, hic in pupillo deferente.
¶ Opp. ꝙ iuramentū habet vim ſolutionis, vt ĩ. eo. l. iuſiurandum
etiã. Sed ſi ſoluitur cū iudicis authoritate preiudicatur
minori, vt C. de adminiſtra. tut. l. ſancimus. ⁊ l. ait pretor.
3 §. permittitur. de mino. ergo ⁊c. Sol. Nõ habet† vim ſolutiõis
quo ad oĩa, vt in gl. ⁊ bene. ¶ Item opp. ⁊ videt̃ qđ ipſo iure nõ
obſtet exceptio, vt ĩ. qua. rerum act. non da. l. j. §. j. Sol. Illa intelligitur
ſecundū iſtam, ſcilicet ꝙ actio non datur ope replicationis,
b ⁊c. ¶ Querit glo.b quid in adulto curatorem habente?
4 Gl. † hic variat. Nam gl. magna hic in fi. dicit idē per omnia in
adulto curatorē habente. Gl. ſeq. dicit contrariū ibi, licet ſecus
ſit in adulto curatorē hñte, ſm Io. ⁊ Pla. Quid dicemus, ꝙ ſit
aliud in minore curatorē habente, probatur: nam deferre iuramentum†
5 habet vim cuiuſdã confeſſionis, vt l. qui iuraſſe. in fin.
ĩ. eo. Sed confeſſio in iudicio preiudicat minori habẽti curatorem
niſi reſtituat̃. l. certum. §. minorē. de confeſ. ergo ⁊ iuramentum.
Contrariū puto: nam in confeſſionibus, que fiunt ad ſolennizandū
iudicium, confeſſio minoris non valet. Vnde eius confeſſio
nõ poſſet inducere litis cõteſtationē, vt not. in l. ij. §. ꝙ obſeruari.
⁊ ibi per gl. ⁊ doc. de iur. cal. ⁊ ſcripſi in d. §. minorē. Sed
iuramentū habet vim conteſtationis ⁊ ſententie, ⁊ ſic habet vim
eorū actuū qui ſolennizantur. merito nõ poteſt iſtos act⁹ exercere
ſine authoritate curatoris. Vnde teneo ꝙ no. in d. gloſſ. magna
c c in fine. * Iſtum verſicu. ſeu intellige, inopia probationū interueniente,
* ante nõ, cū tutor loco dñi habeat̃, qñ bene adminiſtrat,
vt l. qui fundum. §. ſi tutor. ĩ. pro emp. ⁊ intellige iſtū §. in
* tutore pupilli agentis, nõ defendendis. ĩ. eo. l. tutor. * ¶ Vltio
6 inducit gloſ. in argu. hãc legem in omnibus† cõtractibus, quos
d ineunt omnes hi, qui non ſunt iure electi, vt omnia caſſentur d vt
hic, ⁊ C. de ſacroſan. ecc. l. decernimus. ⁊ de re. eo. l. qui neqꝫ. ⁊ C.
de eo qui pro tu. l. ij. ⁊ qđ ibi not. ⁊ in quibus cau. in inte. reſt. nõ
* eſt neceſ. l. pe. * Nota cõtra Papã Bartholomeū. facit ad hoc
extra de heret. c. fraternitatis. extra de elec. c. venerabilē. in fin.
xv. q. vj. c. aliud. vide per Inn. extra de ele. c. ij. Notari de hoc. ff.
de acqui. hered. l. quoties. C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus. vide
quod no. per Iac. de Are. Adde ⁊ C. de eo qui pro tuto. l. ij. ⁊
ibi notatur, ⁊ in qui. cau. reſti. in integ. nõ eſt neceſſa. l. penu. pro
quo. C. de excepto. ⁊ exacto. l. exactores. C. de nu. ⁊ actua. l. actuarios.
de cohorta. l. nul. vm. Sed cõtra predicta arg. facit de offi.
preto. l. Barbarius Philippus. Reſpond. ꝙ ibi fuit error cõis
quod facit ius, vt ibi. vel dic ꝙ ſi probabiliter dubitatur: qꝛ oẽs
credunt eū eſſe prelatū, tunc tenet factū cū eo. alˀs ſi nec prelat⁹
eſt nec probabiliter creditur, non valet geſtum ab eo, licet ſe pro
prelato gerat. ⁊ ſic cõcorda predicta iura. vide etiam qđ habet ĩ.
* de cõdi. inde. l. ſi nõ fortē. §. quia filiofamilias. vbi per gl. ⁊ doc. *
Sed contra dictum arg. ſ. facit de offi. pret. l. Barba. Reſpondeo
7 ꝙ ibi fuit error cõis. ¶ † Querit gl. quid ſi ab initio tenuit
inſtitutio, ſed poſtea aliquo caſu eſt caſſata. Dicit gl. tunc tenẽt
geſta per eum. Dicam plene in l. Barbarius. de offi. preto.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Qui non poteſt. Ex hoc ſequitur equiparando iuramentū
trãſactioni. l. ij. s̃. eo. ꝙ nec etiam poterit tranſigere. Ad
qđ bene facit l. nõ ſolum. C. de pred. min. gl. l. j. C. ſi aduer. trãſac.
quam ibi no. Bar. Secūdo ex hoc ſequitur, ꝙ cū trãſactio, ⁊ conpromiſſum
equiparẽtur, gl. in §. illud, in auth. hẽ. vt dif. iud. Bar.
⁊ doc. in auth. ſi vero contigerit. C. de iudi. ꝙ ſicut qui non põt
alienare non poteſt tranſigere, vt s̃. nõ poterit etiam cõpromittere,
vt eſt bonus tex. c. cum tempore. ⁊ ibi no. Can. extra de arb.
Itē infert ex hoc, vt quẽadmodū bona ſubiecta fideicommiſſo,
nõ poſſunt effectualiter alienari. l. ij. §. pe. ⁊ auth. res que. C. cõmunia
de lega. ita etiã ſuper illis non poterit iuramentū deferri.
Et ita voluit Bar. l. eū qui. §. ſi libert⁹. ⁊ in l. manifeſte. circa
med. ĩ. e. Item infertur, ꝙ quẽadmodū vaſallus, vel emphyteuta
nõ poſſunt alienare irrequiſito domino, ꝙ ita etiam nõ poterunt
iuramẽtum deferre ſuper re feudali, vel emphyteutica. vt
hic inquit Pan. de ca. quãquã contrarium tenuerit Ro. hic, de
quo articulo vide per Iac. hic.
b POMA. ¶ Querit gl. Aduerte tñ ꝙ iſte glo. non ſunt cõtrarie
ſed diuerſe, vt inquit Chriſto. de caſtel. Nam prima poſita eſt in
ver. debet, ⁊ loquitur quando pupillus ⁊ adultus deferūt iuramentum
authore tutore, ⁊ curatore, ⁊ tūc equiparãtur, qꝛ eſt neceſſe
ꝙ in integr. reſtituatur ad hoc vt cõpetat ratificatio, ipſo

iure. Secus in adulto, qꝛ ipſe defert iuramẽtum ſine curatore, nõ competit replicatio ipſo iure, ſed debebit in integrum reſtitui potius, ⁊ debet vti replicatione in alio caſu. Sed tamen glo. errat, qꝛ iſto caſu habebit replicationẽ ipſo iure, etiaꝫ adultus, abſqꝫ in integrum reſtitutione. l. iij. C. de in integ. reſtitu. mino. ⁊ hoc eſt fortaſſe, per qꝺ dicit Bar. gl. bene dixiſſe, ſed tamen videt̃ contra tex. noſtrum, qui loquitur quando pupillus habebat tutorem, vt equiparatio procedat, ⁊ maxime cum §. ſi minor. etiã loquatur in adulto curatorem habente, vt Pau. de caſt. hic.

c ¶ Glo. magna. Alex. tranſit cum hac opi. tanquã magis cõmuni, pro qua facit qꝺ voluit Bal. conſi. cclx. incip. vt mulier. lib. iij.

d ¶ Caſſent. Adde vt per Fel. in c. Rodulphus. extra de reſcrip. Abbas. in c. nihil. extra de electionibus.

1 ☞ Procurator in quibus caſibus poſſit iuramentum deferre.
2 Mandatum non habere, vel habere, ⁊ nõ apparere, paria ſunt.
3 Turpitudinem ſuam quando quis ã legare poſſit. ⁊ nu. 5.
4 Iurare quis non cogitur quando timet probabiliter ne iurãdo ſuum periurium redarguatur per quandam conſequentiam.
6 Fundum qui vendidit in fraudem fiſci, vt penam euadat, quando poſſit poſtea eum repetere.
7 Si procurator detulit iuramentum, ⁊ poſtea dominus veniens vincat vel ſuccumbat qualiter committatur ſtipulatio rati.

§. Procurator. Procurator poteſt iuramentuꝫ deferre, ſi habet generale cũ libera, vel ſpeciale mandatum, vel eſt in rem ſuã, alias ſecus, etiam ſi caueret de rato propter dubium de mandato. h. d. cum duabus legibus ſequentibus. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit vnũ dictum de procuratore habente mandatũ. Secundo ponit aliud qñ de mandato dubitatur. Tertio ponit rationem ſecundi dicti. Quarto ponit rationeꝫ primi. Secunda ibi, in lege proxi. ſeq. ibi, nec multũ. Tertia ibi, ſiue eñi. Quarta ĩ l. ſi itaqꝫ. Et qꝛ in quarta ponitur ratio primi dicti, ideo adiunges eam cum prima poſitione caſus, ⁊ prima pars eſt facilis, ſecũda multum difficilis. Iñ terminis pone caſum per te in prima parte ⁊ in quarta que eſt ratio primi dicti. In ſecũda vero parte in ver. nec multũ. ſic pone caſum. Quid ſi eſt dubiũ de mandato, ⁊ procurator vult cauere de rato, an tunc cogetur reus iurare? Reſpõdet iuriſconſultus, ⁊ dicit ꝙ non. Si enim reo fuerit cautum, de rato, ⁊ iſta cautio non multuꝫ ſibi proficeret. Hoc dicit. Primo vide textum ibi de rato, ⁊ ideo non cogitur reus iurare tali procuratore deferente, qui ꝓpter dubiũ de mandato cauet de rato. Sequit̃ §. ſiue enim. in quo ſic forma caſum. Que eſt ratio, dñe iuriſconſulte, ꝙ cautio de rato non ꝓdeſt reo, cui defertur iuramentũ, ſi enim iuraret, ⁊ dñs poſtea non haberet ratum: cõmitteretur cautio de rato, ⁊ ſic ſibi multum prodeſſet? Ad hoc reſpõdet Iuriſconſultus ſi dominus venit poſtea, ⁊ ratum nõ habet, aut reus cogetur ſe defendere ab actore oppoſita exceptione, ſi qua ſibi prius cõpetebat, ⁊ hoc caſu non eſt dubium ꝙ iuramentum ſibi nihil ꝓdeſt, qꝛ ita ſe defendit poſtea ſicut prius. aut nõ vult ſe defendere, ſed patitur ſe vinci, ⁊ poſtea vult agere cõtra procuratorem ex cautione de rato, et tunc doceret de periurio ſuo, oſtenderet enim ſententiam latã cõtra illud quod ipſe iurauit. h. d. ¶ Notabilia colligã vobis recitãdo apparatũ. ¶ No.
8 qꝺ dixi in ſummario. Ad primam opp. † procurator omniũ bonorum, non poteſt alienare, vt l. procurator tutorũ. ⁊ l. mandato generali. de procuratoribus, ergo non poteſt iuramentũ deferre, vt ſ. proximo §. Solu. Intellige hic vniuerſorũ bonorũ cũ libera, vt l. ꝓcurator, cui libera. ſ. de ꝓcurato. Et ſic habes tres caſus in quibus procurator poteſt deferre iuramẽtum, vt reus cogatur iurare, vel referre, alias ſecus. ¶ Circa iſtã partẽ quero quid in procuratore dato ad vnam cauſam tantũ, ⁊ in illa eſt ſibi cõceſſa libera adminiſtratio, an poterit iuſiurandũ deferre. De hoc videtur caſus in c. qui ad agendum. in fine. extra de procuratoribus. lib. vj. ⁊ l. qui rome. §. callimachus. in fi. ſ. de verb. oblig. ⁊ ibi notatur. ¶ Uenio ad ſecũdam partem. Dicitur hic ꝙ ſi dominus poſtea venit, cogetur reus poſtea docere ſe liquide iuraſſe oppoſita exceptione. ¶ Quero de qua exceptione loquatur. Quidaꝫ dicunt de exceptione iuriſiurandi, qꝺ non videtur verum, qꝛ hec exceptio nõ obſtat dño, niſi in tribus caſibus, quos ſ. vidiſtis, niſi intelligas eo modo quo ſtatim dicã in tertia oppoſitione. Unde alij dicũt ꝙ hic loquit̃ de exceptione pacti, vel rei iudicate, vel ſolutionis: ſeu de alia ſimili, ⁊ iſta eſt clara. Tertij dicunt ⁊ fuit opinio Ioan. ꝙ hic ponatur exceptio ꝓ replicatione. Si enim reus a ſacramẽto excipiat, replicabit dominus ꝙ iuramentũ ſibi non obſtat. Iſta gloſſa videtur habere hunc intellectum, ſed tñ aduerte, vt clare intelligas. Aut enim iſta verba, oppoſita exceptione, determinant verbum, docere, ⁊ tunc procedit expoſitio precedens. Aut determinãt verbum cogetur, ⁊ tunc habet locum hec expoſitio Ioã. quaſi dicat ꝓpter hãc replicationem, quam dominus opponit, cogitur reus probare ſe liquido iuraſſe, ⁊ intellige, cogitur, cauſatiue, ſi non vult ſe pati cõdemnari. ¶ Secũdo quero, dicitur hic ꝙ ſi reus vult agere ex ſtipulatione de rato, cogitur docere de ſuo periurio.
* *Sed cõtra hoc quod dicit̃ hic, aut ſi id ipſuꝫ nominatim factũ l. iij. in fine. ſ. rem ratam ha. Item qꝛ ex quo reus iurauit, videt̃ ſoluiſſe. vt l. iuſiurandũ etiam. ſ. eo. ⁊ ſic per cõſequens ꝓcurator rem accepiſſe. dic ergo ꝙ multũ intereſt propter infamiã, quam incurreret propter periuriũ, ⁊ fama debet preferri omni lucro pecuniario, vt l. reprehẽdenda. C. de inſti. ⁊ ſubſt. arg. l. ſi in dubus. ſ. de reg. iur. l. Iulianus. ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt. Ex quo patet ꝙ hic §. poteſt intelligi in procuratore vero, vel falſo, cuꝫ ſit
predicta ratio in vtroqꝫ. ¶ Quero, quomodo perueniatur ad hanc doctrinam de periurio? Gloſſa magna in princ. reſpondet arguendo a ſufficiẽti diuiſione, ⁊ ponit quatuor caſus per quos ad hanc doctrinam de periurio peruenitur, ⁊ ſic apparet quod cautio de rato modicum prodeſt reo, vide gloſſam ad literam. Quia ergo gloſſa arguit a ſufficienti diuiſiõe, ⁊ ponit quatuor caſus, ſi ego oſtendam vobis aliqueꝫ ex iſtis caſibus eſſe falſum, apparebit ꝙ argumentatio gloſſe non eſt bona, nec per eam poteſt
* peruenire ad iſtã doctrinã.* Unde aſſumo primũ [illegible] quãdo dominus poſtea venit, ⁊ egit, ⁊ ſuccubuit, ⁊ videt̃ ꝙ ſtipulatio de rato cõmittatur ad totum intereſſe, nõ ſolum ad expenſas, ⁊ ſic multum prodeſt reo. l. procurator ad exhibendum. ſ. rem rat. habe. Sol. Dicit gl. ibi loquitur de procuratore qui nunquã habuit mandatum, ⁊ ſic erat falſus, hic loquitur in vero procuratore, de cuius mãdato dubitatur. Uide glo. ibi, ſed cõte, ⁊c. Intelligit ergo glo. iſtum verſi. nec multum. in procuratore habente mandatum ſufficiẽs ſed de eo dubitabatur. Et ſic videtur fateri ꝙ ſi nullum haberet mãdatum, cautio de rato multum operaret̃. Iſta lectura non videtur bona qꝛ principiuꝫ huius l. loquitur in procuratore habente mãdatũ ſufficiens ita in verſi. nec multũ. niſi diceres ꝙ hic mutat caſum. Preterea non
8 habere mandatum, † ⁊ habere, ⁊ non apparere, ſunt paria. l. duo ſunt titij. de teſt. tute. ſupra de tranſac. l. ⁊ poſt rem. Et ſic videt̃ qꝺ etiã in caſu, in quo dubitat̃ de mandato, cautio de rato multũ operetur. Niſi ſuſtinendo gl. dicas qꝺ licet tẽpore cautionis nõ conſtaret de mandato, poſtea tamen incipit conſtare, ⁊ ſic loquitur lec. gl. ⁊ poteſt eſſe vera in ſe inquãtum hic intelligitur de vero procuratore, de cuius mãdato, dubitabat̃. Sed inquãtuꝫ dicit ſecus eſſe in eo qui nunquã habuit mãdatũ, nõ bene dicit, imo etiam in eo poteſt hic intelligi. Non ob. l. procurator ad exhibẽdum. §. j. qꝛ ibi loquitur in falſo ꝓcuratore qui egit ⁊ exegit. Unde ſi dominus poſtea non habet ratum, intereſt rei in toto debito ꝙ ſoluit, ſiue reus vincat, ſiue ſuccumbat. hic loquitur in falſo procuratore, qui quodãmodo ſuccubuit, qꝛ deferendo iuramentum abſolutus eſt reus. Unde ſi actor poſtea veniens ſuccumbat, non intereſt eius rei, niſi in expẽſis. Et ſic habes defenſatiuũ primum caſum glo. per quã peruenitur ad iſtam doctrinã. Secundus caſus eſt, quando dominus poſtea veniens obtinuit, ⁊ iniuſte, ⁊ tunc dicit gl. idem, qꝛ iniuria facta reo nõ debet nocere procuratori, ⁊ ſic nõ tenebitur procurator, niſi ĩ expenſis. l. ſi ſine. §. cum autem. ſ. rem rat. ha. Ad hunc caſum gl. non opponit, ſed ego opp. ⁊ videtur ꝙ non ſit cõſiderãdũ vtrum iuſte vel iniuſte, ſed indiſtincte ille, qui cauit de rato, teneatur, vt l. iij. §. fin. ſ. rem rat. hab. Sol. ſecũdum lec. gl. hic loquitur in procuratore vero, de cuius mandato dubitabatur, ibi de procuratore falſo. Uel ſi vis tenere aliam opi. que videtur verior, dic ꝙ hic loquatur in procuratore funditus falſo. Quantum ad poteſtatem deferendi iuramentũ dicas qꝺ ſententia prima facie preſumit̃ iuſta, ⁊ pro ea preſumit̃, vt l. Herẽnius. §. Caia. ſ. de euic. ⁊ ibi no. ⁊ ideo prima facie videbitur iſte reus periurus, merito non prodeſt ſibi multum hec cautio de rato, qꝛ antequam declaretur ſententiam eſſe iniuſtam, ipſe erit diffamatus, ꝙ falſum iurauit, ⁊ ſic prima facie periuriũ ſuum allegaret. Eſt enim durum iniuſtitiam ſententie docere, ⁊ propter hoc eſt ſtatutũ bienniũ in cauſis appellationis. Ne ergo habeat neceſſe ſuam infamiam purgare, dicit ei cautionem de rato non multum prodeſſe, qꝛ maior eſt pena infamie ſaltem de facto, ⁊ maior eſt labor purgatiõis ipſius, quã quicquid poſſet conſequi ex illa ſtipulatione. ⁊ ſic poteſt defendi ſecundus caſus gl. Tertius eſt quando fuit condemnatus, ⁊ iuſte, quo caſu agendo ex ſtipulatione de rato, doceret de ſuo periurio. ¶ Ad iſtud opp. gloſ. Aut tu dicis ꝙ ex hac ſtipulatione vult ꝙ non poteſt agere, ⁊ tunc dicis cõtra iſtũ tex. qui expreſſe vult ꝙ agere poſſit, licet de ſuo periurio doceat. Aut dicis ꝙ põt agere, ⁊ tunc dicis contra iura, que dicunt ꝙ quis non poteſt ſuam turpitudinem allegare. l. tranſactione. C. de trãſac. Ad iſtud contrarium reſpondet Azo. Primo fateor ꝙ nõ poteſt agere, quia allegaret turpidinem ſuam. Et hoc eſt verum quo ad ſortem in qua iuſte condẽnatus eſt ⁊ ſuper qua iurauit, ſꝫ quo ad expenſas ⁊ quo ad vſuras que cucurrerunt poſt re iudicatã, bene poteſt agere

